



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/321565>

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CORNELIUS BASTIANUS ADRIANUS MOERKERK VAN STEEL,  
**Amisfurtensis.**

DIE XVI M. OCTOBRIS A. MDCCXLIX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD J. A. VAN WOESTENBERG.

MDCCXLIX.





I.

**Q**ui contra prohibitionem legis rem alienaverit, eam vindicare potest.

II.

Praeter M.S. Florent. etiam alii exstant Dig. codd. ex eo non orti.

III.

Qui bonis cessit, posterioribus creditoribus tenetur ultra quam facere potest.

IV.

Bonae fidei contractus, propter dolum causam dantem ipso jure sunt nulli.

V.

Non probanda summi Cujacii sententia legitimum tutorem se excusare non posse.

VI.

Jus exterritorialitatis quod dicitur apud nos sublatum non est.

VII.

Falsum puniri potest licet damnum , quod quis efficere voluit , non spectet patrimonium.

VIII.

Definitio conatus in specimine *Cod. Poen. Bat.* praferenda est illi quae in art. 2 C. P. invenitur.

IX.

Judici licet legem , quam legi fundamentali contrariam existimat , negligere.

X.

Rex non potest gratiae causa , aliam poenam in nostris legibus non cognitam , irrogare.

XI.

Ex art. 1205 al. 2 C. C. creditori pignoris *retentio* sed minime in eo *ius pignoris* conceditur.

XII.

Recte legislator noster art. 661 C. N. non recepit.

XIII.

Emphyteuta post semel pronuntiatam sententiam, qua jure  
emphyteutico destituitur ex art. 781 C. C. destitutionem im-  
pedire nequit.

XIV.

Superficies ita constitui potest, ne ex arbitrio finiri possit.

XV.

Pactum de non alienando in venditione rei immobilis adjec-  
tum, etiam valet contra tertios.

XVI.

Si propter cambium siccum (orderbriefe) quod indossatum  
non est, protestatio non factae solutionis locum habuerit, hujus  
protestationis impensae, ab auctore literarum cambialium repe-  
tendae non sunt.

XVII.

Ex art. 504 C. M. totum naulum debetur si magister navis,  
venditis mercibus, rem domini bene gesserit.

XVIII.

Creditor hypothecarius ex art. 297 C. M. agere potest, licet

— 6 —

demum post foro cessionem denunciatio facta sit ad securato-  
ribus.

XIX.

Magister navis etiam post viginti dies in art. 490 C. M. in-  
dicatos, contra eum cui merces tradidit, agere potest.

XX.

Ut quis ex art. 238 C. M. al. 2 pretium mercium venditarum  
a secundo emtore exigere possit, actionem intra triginta dies  
instituere debet.

---